

Q. 158. (6)

III, 30.

Ve
3962

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI

EXHIBENS

IVS DE NON

APPELLANDO ET DIFFE-

RENTIAM IVRIS DE NON

EVOCANDO,

QVAM

Favente SS. Triade

SVB PRÆSIDIO

VIRI Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi

DN. IOH. VOLK. Bechmann/

JCTI, PROF. PVBL. CELEBERRIMI, CONSILIARII SA-

XONICI, CVRIÆ PROVINCIALIS ET SCABINATVS

ASSESSORIS GRAVISSIMI, & h. t. RECTO-

RIS EMINENTISSIMI,

Dn. Præceptoris ac Promotoris sui

æternum observandi,

Publico Eruditorum examini

submitte

IOHANNES HENRICVS Fischer/

AUTOR.

In Auditorio ICtorum

Ad d. Martii.

Jenæ, Typis Johannis Jacobi Bauhöfferi, Anno 1662.

21

BIBLIOTHECA
MUNICIPALITÄT

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)





VIRO

*Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo &
Excellentissimo*

DN. JOHAN. ERNESTO MYLIO,
JCTO PER-ILLUSTRIS AC GENEROSISSIMI COMI-
TIS ERBACENSIS ET BREIBERGENSIS CON-
SILIARIO INTIMO ET REDITUUM PROVIN-
CIALIUM DIRECTORI SPLEN-
DIDISSIMO,

Patrono atq; Matruei suo
observantissimo,

Exercitium hoc Academicum

*officiose
offert ac consecrat*

JOHAN. HEINR. FISCHER,
AUTOR.



I. N. I. A.

PROOEMIUM.

Vra Statuum Imperii Romani scitè distingui possunt in generalia & specialia. Illa autem, quanta & qualia sint, h. l. vix enarrare possumus, aliqua tamen hîc recensere libet: & quidem primò sistimus libertatem Statuum Imperii, de quâ producemus pauca quidem, inâximi tamen momenti verba Landgravii Hasfiæ apud *Hordlederum de causâ belli germanici l. 4. c. 5. p. 65.* Die Teutsche Nation ist ein frey Reich / und billich das freyeste auf aller Welt; quæ non solum de universô Imperiô Romanô, verùm etiam de quocunque Imperii Principe & Statu intelligi possunt. Huc pertinet magna Statuum potestas, unde natum *Brocardicum Publicistarum.* Quemlibet Principem in territoriô suô tantùm posse, quantum Imperator in Imperiô, quod tamen cum granô salis intelligi debet, prout *Magnificus Dn. Praeses in ultimo Collegio*

Collegio Jurispublici latius ostendi. Huc etiam pertinet libertas Religionis, quæ Statuū Imperii maximum Regale est, atque hanc potestatem tam firmis ac robustis fundamentis assertum eunt viri docti, ut contra omnes insultus invicta perdurare possit. Quod Principes & Status Imperii fœdera inter se ferire possint pacis & securitatis causâ. Quod absque consensu & licentiâ Imperatoris se in aliorum protectionem conferre, & non solum alios status, verum etiam Statuum subditos in protectionem suam recipere possint, & aliâ complurima, de his omnibus *confer Limn. Tom. 2. cap. 16. & Carpzov. disput. de I. & P. E. & D. S. non appellando s. hes. 3.* Specialia quibusdam tantum competunt, inter quæ primas tenet privilegium de non Appellando, & privilegium de non Evocando, de quibus brevissimè tractabimus, ut igitur exercitium hoc nostrum bene peragatur, Tu benignissime DEUS esto principium, medium & finis, prodeat ergo.



I. N. I.

I. N. I.

Thesis 1.



HAVD incongrue
me facturū puto, si paululum per-
pendam aliquas Appellationis si-
gnificationes. Prior enim habēda
est nominis ratio. Est igitur usus
ejus multiplex: Significat enim
quandoque vocare, nominare, *l. 1. ff. de just. &
jur. pr. instit. de testam. l. 1. pr. ff. de extr. cognis.*
Interdum denotat debitorem de solutione inter-
pellare, *l. 16. de fidej. l. 15. §. 13. ff. de injur.* Non
rarò significat blandā voce Virginis aut Matro-
næ pudicitiam attentare, *l. 15. §. 20. & 22. ff. de
injur.* Et quanquam plures possint proferri si-
gnificationes, propriè tamen appellationem ab
inferiore iudice ad superiorem dico provocatio-
nem. His itaque præmissis ad definitionem trans-
co.

Th. 2.

ESt verò illa ab inferiore iudice ad superiorem
gradatim facta provocatio, ut is causam antea
quidem cognitam, demò cognoscat, & senten-
tiam prius latam in melius reformet. *Vid. Magnif.
& Consultiss. Virum Dn. D. Ungebauer. p. m. ad tit.
X. de Appellat.*

A 3

Th. 3.

Th. 3.

Generis loco ponitur provocatio. Verba illa à iudice inferiore ad superiorem exhibent appellationis differentiam specificam; Finis Appellationis est, ut sententia injustè lata in melius reformetur.

Th. 4.

Ius de non Appellando quatenus competit Statibus in Romano Imperio, est duplex, 1. absolutum & illimitatum. 2. restrictum & conditionatum. Hoc ad certam pecuniæ summam alligatum est, illud competit Electoribus *vi Aureæ Bullæ*.

Th. 5.

Appellatio semper ascendit ad superiorem, unde quidam existimant ab Imperatore Romano appellari non posse, quod non agnoscat superiorem, & sit contra Appellationis naturam à superiori ad inferiorem appellare.

Th. 6.

ET tamen dicere quis posset: Quidam ab Imperatore ad Imperium appellare liceat, cum hoc dicatur esse superius illò, imò Imperator ipsius Imperii minister, qui huic fidelitatis obstringitur iuramento præstito, Und ist dem Reich mit Pflichten verwandt / *ut patet ex Recept. Imp. de Anno 1500. zu Augspurg de Anno 1527. zu Worms / & de Anno*

1540.

40. iterum zu Augspurg. At illi respondent, Imperator licet minister, non ideò tamen inferior est, quia Imperio non paret, sed imperat, adeòque certò respectu, inque sensu latò duntaxat, talis dicitur, quò in significato non omnis minister eò inferior existit, cujus minister est, alias præceptor discipulo, maritus uxore, inferior dicendus foret, quod nos in medio relinquimus.

Th. 7.

EX mente Canonistarum ab Imperatore ad Pontificem appellatur: Legistæ verò rectè negant, & hoc tenent pro maximâ: Quod imperator non habeat Pontificem superiorem, licet Canonistæ id affirmant.

Th. 8.

NON appellatur à Camera Imperiali, prout apparet ex ipsâ ordinatione Camerae, *part. 3. tit. 51. in verb.* Wir ordnen, setzen und wollen auch / daß von den Urtheiln am Keyserlichen Camer-Bericht ergangen und ausgesprochen / kein Theil weiter zu appelliren oder zu suppliciren Macht haben soll. Certè nec ipse Imperator lites in Camerâ, pendentes advocare vel ad se trahere potest. *Gail. lib. 1. observ. 41. n. 3. & seqq.*

Th. 9.

ELECTORES, Moguntinus, Trevirensis & Coloniensis etiam hoc privilegio hodiè gaudent, sed tantùm ad certam pecuniæ summam, ut Moguntinus ad 400. Coloniensis ad 500. & Trevirensis etiam ad 500. florenos Rhenenses.

Th. 10.

Th. 10.

Quanquam Petrus Heigius *quest. 4. num. 32. & Dr. Arum. in discursu ad Aur. Bull. concl. 13. in fine dicant:* Electorem Brandenburgicum privilegium hoc de non Appellando quondam amifisse, & à Rudolpho II. per singularem concessionem postea denuò recuperâsse. Disertè tamen hoc repugnat verbis Rudolphi II. qui anno 1586. privilegium de non Appellando, quoad Electorem Brandenburgicum saltem renoyavit, siquidem inter alia ita inquit: **U**ber hundert und mehr Jahr / und also weit über Menschen Gedencfen eingeführet / hergebracht / gebraucht / und behalten worden / daß niemand von der Churfürsten von Brandenburg Urtheil / Decreten / Erkântniß und Abschieden / ꝛ. zu appelliren Macht habe. Et postea: Daß wir solche dem Churfürsten zu Brandenburg hergebrachte Berechtigkeith des nicht appellirens von ihren Urtheiln / Decreten und Erkântnissen / dessen Sie / wie obgemeldet / ohne das befugt / und bisher unverrückt erhalten.

Th. 11.

Inter omnes etiam præcellit Domus Electoralis Saxonica, & ab Electore Serenissimo neminem appellare posse, constat *ex Aur. Bull. Caroli IV. Imperatoris de Anno 1356. tit. Von der Churfürsten Freyheit. II. ibi:* zu einem andern Gerichte zu appelliren keines Weges gebühren und frey stehen soll. *Et vers. seq.* Und diese Verordnung wollen wir aus Macht unsers Keyserlichen Gesetzes / auf den Durchläuch-

läuchtigsten Pfalz Grafen bey Rheln / den Herzo-
gen zu Sachsen / und Marggrafen von Branden-
burg weltlichen Churfürsten und Laien ihren Er-
ben /c. erstreckt haben. quod etiam patet ex privile-
gio renovato Anno Christi 1559. quod etiam confir-
mavit Imperator Maximilianus II. ibi: Confir-
men dieses Privilegium dem ganken Hause zu Sach-
sen / daß niemand bey keinem Bey-oder Endurtheil/
Erfantnissen / Decreto / und Abschiede / so in ihren
Nahmen / oder dero Höfen / gesprochen worden / an
Keyser oder Cammer / Gericht appelliren.

Th. 12.

EX quibus evidentissimum est, quod hoc privi-
legium competat non solum Electoribus, sed
etiam omnibus Ducibus Saxoniae, ut solidè & etc.
ganter infert D. Augustus Elector Saxoniae in literis
ad Imperatorem Ferdinandum I. pro hoc privile-
gio Mens. August. An. 1558. scriptis hisce formalibus:
Denn anfänglich ist es an dem / daß das Haus zu
Sachsen / ein Churfürstlich Haus ist / und derohal-
ben alle die Gerechtigkeit / Herligkeit und *prærogati-*
ven billich hat / so denen Churfürsten vermöge der
Rechte und Bülden Bull gebühren. quod privi-
legium modò in novissimo Recept. Imperii de anno 1654.
renovatum est. §. Drittens III. Drittens sollen hin-
führo der Stände Privilegien de non Appellando
strictè observiret, und zu solchem Ende / die mit aller
Churfürsten und Stände privilegiis de non Ap-
pellando verzeichnete in der Rahtsstuben hangen-
de Tafel renoviret und erneuert / deren so wohl die
B ohne

ohnbeschränkte / als auff eine gewisse Summa
limitirte Privilegia / und die Formalitäten dersel-
ben eingerückt / und zu mehrer und besserer / dem
Cammer-Richter / Praesidenten und Assessorn/
Nachricht und observanz in dem Rath öffentlich
aufgehencet werden / sicut etiam expressis verbis
Carolus IV. Imperator hoc jus concessit heredi-
bus & successoribus Electorum *dict. tit. 11. in fin.
verb.* Deren weltliche Erben / Nachkommen / und
Unterthanen / quis ergo tam effrons existimet,
quod Serenissimi Duces Saxoniae ex Familiâ &
Domô Electorali procreati beneficii hujus partici-
pes non sint facti.

Th. 13.

ET privilegiū hoc à Serenissimis Ducibus Saxo-
niae magni semper habitum, prout apparet ex in-
structione & mandato Serenissimi Electoris Au-
gusti Legatis suis ad Duces Saxoniae, cum quibus
de insinuatione privilegii hujus Camerae Imperiali
facienda, deliberandum erat, dato, cui talia addit
verba: Es zweiffelten Ihre Chur-Fürstliche Gna-
den nicht / Ihre E. würden daraus zu verstehen ha-
ben / daß es eine Begnädigung wäre / so nicht vor
ein geringes Kleinod und præminenz des Hauses
Sachsen zu achten.

Th. 14.

Quare autem privilegium hoc Serenissimae Do-
mni Saxonicae sit concessum, *Magnificus Dn.
Carpzovius d. l.* sex potissimum recenset causas,
quarum

quarum prima est cura & sollicitudo Serenissimorum Ducum Saxoniae singularis, in administratione judiciorum, quibus sine periculo & suspicione fidendum, ut patet ex verbis privilegii FERDINANDI: *ibi: Zu dem hatten auch vor vielen Jahren über Menschen Bedencken S. L. und deren Vorfahren die Chur- und Fürsten unterschiedliche Gerichte in Ihren Landen geordnet und gehalten/ die auch S. L. und die andern Fürsten nachmals also hielten.* Secunda hujus privilegii causa affertur, Magnificentia Serenissimorum Ducum Saxoniae, nec non cura & sollicitudo eorum pro rebus Imperii, cum enim cura ad Electores non minus pertineat, quam ad ipsum Imperatorem, ut patet ex decreto quodam Caesareo *de dato 27. Julii Anno 1590.* *ibi: Daß der Churfürsten Hoheit und Autorität/ mit eines Römischen Keyser's Gewalt und Hoheit/ daher sie auch fleußt/ dermassen verbunden / daß eine ohne die andere nicht verschmälert werden/ auch ohne die andere nicht bestehen kan / æquitas etiam postulat, ut aliqua honoris & privilegiorum præ eminentia præ aliis gaudeant.* Tertia hujus privilegii causa est verisimilis ignorantia Juris Saxonici, quam illi, qui in Camera Imperiali adsident, habere præsumuntur. Ad causas hujus privilegii referimus quartò etiam plurimum in provinciis Saxonis instantiarum cumulationem, quia enim gradatim his in terris appellare licet, primò à civitatibus ad curiam provincialem, & ab hujus sententia ad Electorem, appellatione ad Cameram opus non erit, nec etiam jure fieri poterit, cum sic tertio non liceat

provocare. Quinta hujus privilegii ratio videtur esse leutationis & oberleutationis beneficium, est verò oberleuteratio nihil aliud quàm secunda leuteratio, seu revisio Actorum, & hæc nullibi in foro Saxonico usitata, nisi in aulis Electoris & Ducum Saxoniae, qui hoc jure gaudent. Adjicienda hinc sunt verba Serenissimi Electoris Augusti *in lit. sepè dict.* So haben auch meine und des Hauses zu Sachsen Vorfahren in Appellation und allen andern Rechts anlangenden Sachen überflüssige remedien / als Leuterung und Oberleuternng im Gebrauch gehabt / die ich und die andern meine Vetter / die Fürsten zu Sachsen / auch noch haben / dadurch die Acta / und was ein ieder zu seiner Nohtdurft einzubringen hat / mehr als durch Appellation etliche mahl revidiret werden / und sich also die Partheyen keines Ubereilens mit Zug zu beklagen / etc. Accedit denique ad causas hujus privilegii favor Reipublicæ, cujus maximè interest, ut lites finiantur & abbrevientur. Lites autem in infinitum protrahi, si provocatio à sententiis Serenissimorum Ducum Saxoniae ad Cameram Imperialem admitteretur, satis innuunt verba privilegii Ferdinandi Imp: Würden die Rechtsfertigungen dadurch unsterblich gemacht werden / und müsten endlich die Armen / so gleich eine gute gerechte Sache hätten / von wegen ihres Unvermögens rechtlos bleiben.

Th. 15.

ORitur hinc quæstio: An scilicet nullò modò à Decretis & Recessibus Serenissimorum Principum

cipum Saxoniae appellare liceat? Et respondemus
quod sic, & appellationē ad Camerā imperialem ipso
jure nullā esse, testantur verba Privilegii Ferdinandi:
ibi: Auch dieselbe appellation, reduction, supplica-
tion, und was darauf gehandelt und fürgenommen
würde/ ganz krafftlos/ untüchtig und nichtig seyn
solle/ daß wir auch alles und jedes aus obbestimmter
Unser Keyserl. Macht / Vollkommenheit und rech-
ten Wissen/ also alsdenn/ und dann als also untüglich
erkennen/ erklären/ cassiren, annihiliren und verhin-
dern/ in der besten Form und Weise Wir dann thun
mögen. Hinc cum Anno 1575. Comes Schwartz-
burgicus à Curia provinciali Lipsiensi ad Came-
ram Imperialem appellasset, & Compulsorias ac-
cepisset, istas Judex provinciae jussu Electoris Saxo-
niae assumere noluit, & Notarius, qui Appellatio-
nem in praesentia Judicis & Assessorum Camerae
insinuasset, captus est, *referente Limnao lib. 3. cap. 10.
n. 37.* & hoc privilegium non solum adversus Ca-
meram & Judicium Aulicum Caesareum, sed etiam
adversus Imperatorem ipsum valet.

Th. 16.

VT ergo hoc privilegium illaesum conservetur,
Imperator Ferdinandus in transgressores cujus-
cunque status & conditionis poenam dictavit, ut ex
verbis privilegii clare apparet: ibi: Und gebieten
darauff allen und ieglichen ernstlich und festiglich
mit diesem Brieffe/ und wollen/ daß sie die bemelden
unsere Oheime / die Chur- und Fürsten zu Sachsen
und Ihrer allerseits Erben / an solchem Ihren
Brauch

Brauch und Berechtigung des nicht | appellirens/
inmassen J. Q. dieselben hergebracht / an diesem
Unsern Privilegio nicht irren noch verhindern / son-
dern Sie dabey ruhiglich bleiben / und derselben
brauchen und geniessen lassen / als lieb iedem ist /
Unsere und des Reichs schwere Ungnade / darzu
eine Poen / nehmlich hundert Marc löthiges Gol-
des zu vermeiden / die ein ieder / so oft er freventlich
darwider thut oder handelt / halb in Unser und des
Reichs Cammer / und den andern halben Theil den
Chur- und Fürsten zu Sachsen verfallen seyn soll / zu
bezahlen. Hic jam nobis subsistendum & progre-
diendum ad alterum membrum nostræ dissertatio-
nis, quomodo nempe hoc privilegium de non Ap-
pellando differat à privilegio de non Evocando.

Th. 17.

Qvanquam nonnulli sint, qui privilegium de non
Evocando, cum illô de non appellando con-
fundere, ac pro unô eodemque venditare velint,
inspicientibus autem tenorem verborum in *Aurêâ
Bullâ* facilè apparebit distincta esse privilegia. Pri-
mo enim quod attinet privilegium de non evocan-
do, subditi Ducum Saxonix, ad quodcunque tribu-
nal evocare nō possunt, quod attinet verò alterum
sc: de non appellando, decretum est nemini licere
à sententiis Serenissimorum Ducum Saxonix ap-
pellare. *Buxdorff. diff. ad Aur. Bull. conc. 94.* Deinde etiã
differentia ex eô patet, quod jus de nō Evocando ad
primam instantiam pertineat, omnesque subditi Sa-
xonix ad extraneum iudicium evocari vetentur,
jus verò de non appellando ad secundam tantum
instan-

instantiam, ubi omnibus cujuscunque conditionis
à sententiis Ducum Saxoniae ad aliud tribunal ap-
pellare prohibetur, extendendum sit iterum *Bux-*
dorff. in dict. diff. Tandem etiam differentia horum
jurium patet ex verbis ipsis *privilegii Ferdinand. Imp.*
ibi. Es wehre auch Unsers Vorfahren am Reich
Weiland Keyser Sigismundi hochlöbl. Gedächts
nis Privilegium vorhanden / damit S. L. als Röm-
mischer Keyser / die Chur- und Fürsten zu Sachsen
sonderlich begnadet / darinnen vorsehen / daß nie-
mand des Hauses Sachsen Unterthanen für andere
Gerichte ziehen und laden solte. Welches auch auff
die Appellation daß dieselbe niemand von ihren Ge-
richten an andere Orthe fürnehmen solte verstan-
den.

Th. 18.

QVæritur hîc non immeritò si Camera Imperia-
lis subditos Electorum & Ducum Saxoniae te-
stimonii perhibendi causâ absque juris subsidio e-
vocare, & per Commissarios examinare velit, an
hoc teneantur. Quanquam alii Imperii status hoc
admittere cogantur, Serenissima tamen Domus Sa-
xonica excipitur, ut patet ex mandato, quò D. Ele-
ctor Augustus Consiliarios suos ad Duces Saxoniae
ablegatos anno 1559. inter alia hisce instruxit
formalibus: Daß dem Cammer-Gericht nicht nach-
gelassen würde / unsere Unterthanen für sich in sol-
chen Zengen-Verhörungen oder dergleichen Fällen /
uns unersucht / zu citiren / Commissarien zu ordnen /
und dergleichen actus immediatè in unsern territo-
rio

Es fürzunehmen / sondern daß wir durch das Cam-
mer-Gericht / oder desselben Commissarien ersucht
würden / auff die überschickte Beweis articul unsere
Unterthanen examiniren zu lassen / und das Bezeug-
nis allsdann versiegelt dem Cammer-Gericht zu
übersenden. Denn obgleich etliche Stände des hei-
ligen Reichs / so dem Cammer-Gerichte näher ge-
fessen / solches nachlassen möchten / so wissen wir
doch / daß es von Unsern Vorfahren im Hause zu
Sachsen dem Cammer-Gerichte niemals eingereu-
met worden / desgleichen wir von Ihr Liebde Vor-
fahren auch nicht anders vermerckt / und achteten /
das an solchem dem Hause Sachsen nicht wenig ge-
legen sey / wie wir denn wissen daß auff diesen iezigen
Reichs-Tag solche dinge wieder das Cammer-Ge-
richt / als ein sonderlich gravamen vorbracht / dar-
über berathschlaget / auch protocolliret worden /
daß auff zukünfftigen deputation-Tag zu Spener
davon geredet / und wie solches zu endern geschlossen
werden soll / ic.

Th. 19.

Quæritur ulterius an autem Evocatio hæc in
causis criminalibus, puta, si subditus Ducis Sa-
xonie in alterius Principis territorio delictum
committat, locum habere possit? Distinguen-
do Respondemus cum *Magnifico Dn. Carpozio*
d. l. aut enim delinquens in ipso delictò deprehen-
ditur, & tunc confestim captivari posset, evocatio-
ne itaq; opus non esse affirmamus; si verò delin-
quens aufugiat, evocationem locum habere nega-

ms.

mus. ex verb. Aur. Bull. tit. 11. Es treffe gleich male-
fiz, Civil oder vermischte / oder sonst andere Sach-
en an.

ET hæc pro ratione temporis & instituti ex hac
amplissima materia saltim delibâsse sufficient,
si quid igitur, candide Lector, minus rectè positum
fuerit, propter temporis penuriam & ingenii imbe-
cillitatem, rogo, memoris, Homines nos esse, &
posse errare, & nihil jam esse dictum, quod
non dictum sit prius.

DEO TRIUMI SIT LAUS HO-
NOR ET GLORIA.

COROLLARIA.

1.

Q. Num advocato honorarium debeatur, qui in
causâ succubuit? **A.**

2.

Q. An vidua nubens intra annum lugubrem
incurrat infamiam?

3.

Maritus uxoris suæ curator esse potest de jure
Saxonico non verò Civ.

BA

C

4. Q. An

4

Q. An in Electores committatur crimen læsæ
Majestatis non minus, quàm in Imperatorem.

5


Causa si injusta belli, an subditi Regi adsisterè
tenentur.

6

Sine Religione nulla consistit Respublica.

7

Legum finis est justitia tam universalis, quàm
particularis.



Ingenium sic pande Tuum! laudabile rursus
Moliris facinus cathedræ ringente Vacunâ,
Pol! Sic non *piscaris* hamo aureo. Opus modò
prensa

Fortiter, hinc statuet Tibi Nicetéria posthâc;
Pensabitque *Themis*, vel splendens *Aula* labores;

*Per-Eximio Dn. Autori
gratulat.*

IOH. VOLK, Bechmann / D.

Præses & h. t. Academiae

RECTOR

Ad

Ad Humanissimum ac Præstantissimum
Dn. IOHANNEM HEN-
RICUM FISCHERUM,

Amicum, Commensalem & Inquilinum suum di-
lectum!

Iustitia vocem quisquis veneratur, & istam
Percipit; ex *justo* præmia digna feret.

Iustitia vocem sectaris, *AMICÆ*; per istam
Comprecor ut *justus* præmia *justa* feras!

*Benevolentia testanda causã
faciebat*

CHRISTIANUS CHEMNITIUS,

SS. Theol. D. P. P. Pastor &

Superintendens.



FISCHERE,

A Stræa hæctenus te vidit
insudare pluteis privatis,
ibidem tyrocinia ponere, uni-
ceqve id agere, ut Philosophiæ
practicæ jactis fundamentis,
eos acquirere progressus, qui-
bus Jurisprudentiæ arcem su-

C 2.

per

perstruere posses. Felici id e-
vênit sydere. Fiduciâ studio-
rum fretus prodis in publicū,
aleam projicis in medium, ex-
perturq̄ vires ingenii in cathe-
drâ. Age rem bene gere, por-
rò tuæ salutis curam habe, &
sedulus invigila frugiferis illis
meditationibus, quibus hone-
stæ parantur opes, & famæ im-
mortalitas, aliqua bona, quæ
propria hominis sunt, nec æta-
te deflorescunt, nec morbis
attenuantur, nec fatorum in-
vidiam reformidant. Sic Do-
mini parentis, benè de patriâ
meriti,

meriti, annos digni vivere Ne-
storeos, cui ad versa litem mo-
vit haectenus valetudo, jam
verò, quæ Dei est gratia, con-
valescentis & ad pristinum sa-
nitatis vigorem adspirantis,
sublevabis toedia, animum
de tuis successibus sollicitum
eriges, ejusque favorem tibi
conciliabis perennem. Da-
tum in Athenæo Salano AN-
NO M. DC. LXII. PRID.
NON. FEBR. VARII.

7.
GVERNERUS ROLFINCIUS,
Phil. & Med. D. P. P.

C 3

Denuò

Denuò dum scandas Themidis *Fischere* cathedrã,
Apprecor ex animo prospera quæque *Tibi*;
Te Deus incolumem conservet: sorte virescas;
Corpore cum sano mens quoq; sana fiet.
Sic semper vivas, quæas ut prodesse *Parenti*;
Cognatis; Aliis; Omnibus & Patria.
Porriget ex alto *Tibi* commoda magnus *Jova*,
Ac semper crescet nomen honorque tuus.

In honorem

*Eximii Domini Respondentis
gratulabundus f.*

M. DAVID Lippach

Eccl. Jen. Diac.

~~~~~  
**W**e schändlich steht es doch / wann die bejahrten  
Greisen  
Die seltne Lebens-läng für andern zubeweisen  
Nichts können führen an als die bereiffen Haar  
Die eingefallnen schlaff / und hohe Zahl der Jahr.  
So klingts wann mancher rühmt: ich hab mich im Parnassen  
Und sein gelehrtes Volk so lange finden lassen/  
Die Zeugschafft die er stellt sind die verflornen Jahr  
Und durch gebrachtes Geld / kein rühmens werthe war.  
Was machts? er wird vielleicht mehr bey der Ceres nassen  
Und frischen Rebensafft sich haben finden lassen  
Als bey den Helicon / da man den rechten Preis  
Der Jahre / Wissenschaft / erwirbt durch Müh und Fleiß.  
Dieß ist die beste Prob / daß man auff hohen Schulen /  
Da die Huldinnen stets mit edlen Künsten buhlen /

Gelebt

Gelebt: ein heller Geist und ausgeübter Wiß  
Durch fluge Wissenschaft / da hält die Ehre siz.  
Herr Fischer / werther Freund / Zeugschafft von euren Leben  
Auf diesen Sal-Athen / muß Ehr- und rühmlich geben  
Der Rechten Wissenschaft / die bey Euch glänzt herfür /  
Gleichwie im Golde prangt der theuerste Saphier /  
Dieß Muster giebt es ab durch Eure Kunst geschrieben /  
Ein Zeuge rechter Lieb zur Wissenschaft getrieben.  
Verleumbder werde roth / und gieb der schönen Prob /  
Des Fleisses endlich doch ihr wohlverdientes Lob.

M. Joh. G. Fuchs.

F I N I S.



3207 A



VD 7

Handwritten signature or name in cursive script, possibly reading 'Herrn ...'.





158. (6)  
DISSER

IVS  
APPELLI  
RENTI

VIRI MA  
DN. IOH  
JCTI, PROF. PV  
XONICI, CVRI  
ASSESSO

Dn. Præc

IOHAN

In A

Jenæ, Typis J

30.  
LICI

ON  
FFE-  
ON

mann/  
IARII SA-  
BINATVS  
TO-

oris sui

ischer/

1662.

Ve  
3262

BIBLIOTHECA  
MUNICIPALIS

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SALE)

